

Psalmus

huc doctrine nobis fidelibus filijs cornu. i. gentiliu. Coru? est. i. gentilis no inuocat sed nobis pullis cum colentibus: inuocantibus dat elcam.

11 **Non in fortitudine equi voluntatem habebit neq; in tibis viri beneplacitu erit ei.**

Non in for. e. postq; dauid narrauit illa que fecit dñs cõ sequentẽ õndit q; pñt ei displicere. d. (no in for.) vel (in potẽtatu equi vo. ba.) equus ad supbia plerq; ponit iudicandã. vñ supra. fallax equus ad salutẽ. in fortitudine q; equi in supbia cõtumaciã q;si dicat de? pascat iumenta et pullos s; nõ h; voluntatẽ. i. bñplacitũ in supbis in equo signatis ppter erectã ceruicẽ (neq; in tibis vi.) i. in cõpositõ habitu boiẽ psumptuosi bñplacitũ est dño z in a? incef su elato in tibis signato sed

12 **Beneplacitum est dño sup timentes euz z in eis qui sperant super misericõdia eius.**

Be. est do. su. ti. timore filiali. q. d. supbi z hereticã z in cõpositi nõ placent deo s; q; timent deũ (z sper. su. mi. ei?) fugientes ab irato ad placatũ. Judas em timuit s; nõ sperauit in misericõdia e? id desperat? cucurrit ad laqueũ. Timori spem cõiunxit qz nõ valet timor sine spe venie: nec spes sine pcedenti timore: aliter em psumptio esset. timor autẽz dñi h; annexam iusticiã bonoz operũ z spes est expectatõ future beatitudinis pcedentib; meritis z gratia: q; autẽ timẽ dñm inquirunt q; bñplacita sunt illi z custodiunt mã. data ei? Eccl. ij. ps. Beat? vir q; timet do. in man. ei? v. nimis. hñdĩ ergo timentib; bñplacitũ est dño z bñdĩ sũt q; sperant sup misericõdia ei? vnde Luc. primo Misericõdia ei? a progenie in pge. ti. cum ps. misericõdia dñi ab eterno z vsq; in eternũ sup timentes eũ z iusticia illius in fi. fi. bis q; ser. tamentũ ei? bi ergo sperant qz sperare pñt in quib; bene complacet sibi dominus noster qui regnat in secula seclor;

Ps. clyij.

Psalmus XLVII

13 **Lauda hierusalem dñm. lauda deũ tuum syon.**

Lauda. ierlm do. Titul? est (alla agei z zacharie) q; in babilonia pphetauerũt reparatõnẽ ierlm q; vt Hieremias p dicit post. lxx. annos facta est in qua intellexerũt spũalem institutionẽ celestis ierlm eamq; sub figura illius p dixerunt z p ea dñm laudauerũt q; post. lxx. annos. i. post volubilitatẽ totius tpsis qd septẽ dieb; agit pficienda est z pro ea hic pbeta laudat dñm sicut z p dicit pbeta sub figura laudauerunt z est sensus tituli. hic est alla. i. laus dei laus dico aggei z zachã. i. de reparatõne celestis ierlm quã illi p dixerũt z postea deũ laudauerũt z facit ps. iste in nobis amorẽ future ierlm quã multiplici commendat totus. q; h; ps. potentiam dei p dicit. Intentio. mo. ad laudandũ Modus bipartitus est pmo dicit bona future ierlm secũdo dicit que bona hic danẽ sanctis ibi (q; omittit) in captiuitate ergo hui? seculi ad huc cõstitut? pbeta videns beatũ pplin eterne ierlm pmissõ gaudio spei ante gaudiũ spei quasi piungens cor z si non corpus angelis dicit o (ierlm) celestis iam secura (lauda dñm) s; solũ est negociũ tuũ. s; id dicit pbeta vt nõ exultem? in spe z desiderem? ipam q; audim? eam sic laudantem (lauda deũ tuũ syon) visio pacis z speculatio idem p eodem sunt.

13 **Quoniam cõfortauit seras portarũ tuaz benedixit filijs tuis in te.**

Quo. cõfor. seras port. t. nõ tñi posuit seras claudendo sicut dicitũ est post receptõnẽ illoz ciuũ exclusis fatuis virgibus clausa est ianua Mat. xxv. Deus em cõfortat seras portarũ illis qui in pñti vita cõfortati sunt ab eo. Confortat em dñs seruos suos multipl; Primo in cõsuetudine. Secundo in sustinentia tribulationũ. Tercio in adeptione virtutum. Quarto in expugnatione tentationum z demonũ. Primo ergo cõfortat in cõsuetudine z h; quatuor modis contra quatuor. Primo contra luxuriã dando singulum castitatis. Esai. xxiij. Induã eũ tunica tuaz z singulo tuo confortabo illum z hoc est singulum illud ca-

14 **Qui posuit fines tuos pacẽ et adipe frumenti faciat te.**

Qui po. si. t. pa. pfectã. q; qd em intus est pace frui? extra est gebenna: z in pace illa est saturitas z nulla indigentia id subdit (faciat te adipe fru.) i. pane q; de celo descendit q; carne clausus in mundo sola fide est cognitus tunc aut videbim? sicut est: z erit illa pfecta saturitas securitas z pax. Ipse est verus panis q; nos hic corporis sui picipatione reficit quẽadmodũ ibi satiabit q; toto lumie sue dei tatis impleuerit. reuera secura pax z inuoluta tranquillitas vbi corporis z anime talis est societas vt nulla intra se aduersate discordent s; vbi vtraq; voluntate consentiant Est em pax fm Aug. securitas mentis: tranquillitas animi simplicitas cordis: amoris vinculum: consortium charitatis nec ad hereditatez xpi poterit puenire q; testamẽtu pacis noluit obseruare.

stitatis: de quo Iudith. xv. Tu glia ierlm z post: eo q; viri liter egisti z cõfortatũ est cor tuũ. Item cõfortat p iram et hoc gratiam patientie conferendo hanc habebat qui dicebat Ephe. quarto Omnia possum in eo qui me confortat. ps. confortet cor tuum z sustine dñm. s. per patientiã. Itẽ confortat contra accidiã. s. virilitatẽ immittendo. Ezech. xxx. confortabo brachia regis babilonis. Esa. xxxv. Confortate manus dissolutas. ij. Paral. xv. Nos aut cõfortabimini z non dissoluent manus vestre. Item cõtra supbiaz humilitatis gratiam dando. Prouer. xxx. Visio quã locutus est vir cum quo deus erat z qui deo secum cõmorantẽ cõfortatus ait stultissimus sum viroz. Secundo cõfortat dñs in sustinentia tribulationum Ps. j. bonus dñs z cõfortans in tribulatione. z hoc quadrupl; v. Gratiam patiendi pferendo. i. Cbi. ij. Filij cõfortare in gratia z. Cbi. j. Gratias ago ei q; me cõfortauit z loquit de cõfortatione gratie. Item cõsolationẽ immittendo. Ben. xvij. ponam bucellam panis coram vobis vt confortet cor vestrũ Bucella panis est xps q; nobiscum est in tribulatione vt confortet cor nostrum. Aggei. ij. cõfortare populus terre quia vobiscum sum dicit dñs. Item liberando. ij. Cbi. iij. de? afficit mibi z confortauit me. z post. z liberatus sum de ore leonis. Item salutem pmittendo z vltionem de inimicis Esa. xxxv. Confortamini z nolite timere: ecce deus noster veniet z saluabit nos. Tercio cõfortat dominũ in adeptione virtutũ: z hoc quadruplici. s. dando gram fructificatiõis in operibus. Nume. xij. Confortamini z afferite de fructibus terre vobiscum. Item gram cognoscendi spũalia. Eccl. vij. Sapiencia confortauit sapientẽ sup decem pñcipales ciuitatis. Item gram desiderandi inspiciendo Dan. x. Noli timere vir desiderioz pax tibi cõfortare z esto robustus. Itẽ gram flendi os rogandi dando. Osee. xij. Itẽ fortitudine sua duct? est z inualuit p angelũ z cõfortatus est fluit z rogauit eum. Quarto cõfortat dñs in expugnatione demonum z tentationũ z hoc qdruplici. s. salutem pmittendo. zacha. x. Confortabo domũ iuda: z domum ioseph saluabo. Item animositatẽ pbendo. Esa. x. Confortamini dies est adhuc vt in nube stetur. Itẽ fortitudinẽ pstando. Ps. ij. Cõtemplare viam cõforta lumbos robora virtutẽ valde. tria tangit necessaria sustinentiã pñcipia pugnandi ppter qd dicit: cõtemplare viã animositatis cordis ibi: confortat lumbos. fortitudo corporis ibi. robora virtutem. Item cõfortat arma ministrando. Ephe. vi. Confortamini in domino z in potentiã virtutis eius z induite armaturã dei. Sic igi? confortatos in via cõfortare dicitur dñs in patria qz confortatos declarat z certificat vltra inde ad pñtia non pfecturos o ter quaterq; beati. qui se cure laudant qz nemo exiit inde dolent nemo intrat quẽ timeant qz nõ exiit inde amicus nec intrat illuc alienus sicut modo in via (bñdixit. fi. tu.) q; olim peperisti (in te) nõ foris pegrinãt z (bñdixit fili. t. in te) bñdictione glie eterne. id dixit in te. qz nunq; ab illa ierlm exire poterunt i qua eterno munere consecrantur.

14 **Qui posuit fines tuos pacẽ et adipe frumenti faciat te.**

Qui po. si. t. pa. pfectã. q; qd em intus est pace frui? extra est gebenna: z in pace illa est saturitas z nulla indigentia id subdit (faciat te adipe fru.) i. pane q; de celo descendit q; carne clausus in mundo sola fide est cognitus tunc aut videbim? sicut est: z erit illa pfecta saturitas securitas z pax. Ipse est verus panis q; nos hic corporis sui picipatione reficit quẽadmodũ ibi satiabit q; toto lumie sue dei tatis impleuerit. reuera secura pax z inuoluta tranquillitas vbi corporis z anime talis est societas vt nulla intra se aduersate discordent s; vbi vtraq; voluntate consentiant Est em pax fm Aug. securitas mentis: tranquillitas animi simplicitas cordis: amoris vinculum: consortium charitatis nec ad hereditatez xpi poterit puenire q; testamẽtu pacis noluit obseruare.

15 **Qui emittit eloquium suum terre: velociter currit sermo eius.**

Hec est scda pars vbi subdit que munera hic danē de-
ctis p que veritas futuri possit agnosci. q. d. bec predicta
erunt in pat. ia s quid interim: apie est inquit (Qui emit-
tit eloquiū suū terre) .i. verbum assumpta carne vt in ter-
ra cognoscat. aliter em nō haberemus in adipe frumenti
facietatem nisi mitteret verbum terre q̄ grauiamur ad red-
ditum. In terra em vbi laboramus in heremo nō deserit
s̄ manna pluit qz emittit verbum (velociter currit sermo
eius) qz cito impleuit mundū cognitōe veritatis. nā euā-
gelium breui tpe fuit publicatum vbiqz in tota terra habi-
tabili viuere ad huc petro aplo: qz vt supra dictū ē. In oēs
terrā erunt sonus eorum rē. Et nota qz nō ait velox s̄ ve-
lociter. Velox em fit aliqui velocitate qua plus vel mi-
nus participat: sicut participatōe caloris aliquid dī cali-
dum. z participatōe frigoris frigidū. Est aut aliquid alio
magis vel minus velox vel calidum quanto. s. velocitate
vel calore magis vt minus participat. sicut calore quo ca-
lent cetera: nihil est calidius ita velocitate qua cetera di-
cunt velocia nihil velocius est. sicut ergo de aliquo dicere
tur calet vsqz in calorem. i. adeo calet qz ipse calor pōt di-
ci sic de verbo dī cucurrit vsqz in velocitatem. i. adeo vt sit
ipsa velocitas qz tñ p quādam similitudinem dī. Qz em ve-
lox est sicut equus vel angelus vel ventus alicubi est non
vbiqz velocitas aut ipsa vbiqz nō est in parte nusqz artat
que modo non est in equis vel in ventis sed in alijs insini-
tis. z eundem temporū punctis vbiqz terrarū diffundit:
hoc aut ptinet ad verbum dī. s. non esse in parte s̄ vbiqz
esse p seipm. bec est sapia dei q̄ in libro sapie legit attingit
a fine vsqz ad finem fortiter nō tñ motu locali s̄ immobili-
tate tanqz si moles aliqua saxea impleat locū aliquem dī
qz attingit a fine eiusdem loci vsqz ad finem cum tñ aliter
nō deserat alterū occupādo nō habet ergo motū illud ver-
bum z sapia illa solida est z vbiqz est: sed z de sapientie spū
dī in libro Sapie actus mobilis certus incoquinatus.
Sed hoc facit ipsa velocitas qz sapia dī actus mobilis nō
vt hoc deserat illud tāgat s̄ vt vbiqz semp sit z nusqz inclu-
sa teneat. Sed quis sufficit ista cogitare: vtiqz nullus. est
tñ spes ad capiendum verbum: qz pdestinavit nos deus
z hoc est qz ait.

De veloci-
tate vbi dī

Qui dat niuem sicut lanam: nebulam si-
cut cinerem spargit.

Qui dat niuem sicut lanam) ondit hic quid faciet adue-
tus xpi. sicut em nix sursum gelat z in ima decidit sic refri-
gescente charitate decidit humana natura in terras z pigro
corpe. Inuoluta vt nix facta est s̄ in hac niue sunt pdesti-
nati qui sunt velut lana. de quibus. s. aliquid facturū est
Lana em est materia vestis: z de his spū ad huc frigidis q̄
pdestinati sunt sit tunica xpi sine macula z ruga vñ meri-
to vestis xpi in monte respenderit sicut nix. qz de hac niue
fit vestis xpi (Qui dat) .i. facit (niuem) .i. congelatos (si-
cut lanam) que est materia vestis. Est ergo sensus qz de-
facit p verbū suum pdestinatos peccatores sibi vestes ad
ornandam ecclesiam z ad calefaciēdos frigidos. de q̄bus
dicebat Job. Dñs nūquid ingressus es thesauros niuis.
Thesaurus dei erat vas electōis prius nix deinde lana to-
tum mundū calefaciēs verbozū suozū flama succensum.
(Nebulā sicut cinerem spargit) .i. nebulosoz obsecuros
pctōres pdestinatos tñ spargit. i. resoluit. in cinerem pnie
Cinere em capita aspegbant penitentes. qui em ad huc in
nebula iacet: ignorātie veritatem speculāri nō valens ca-
put aspgat cinere rē. cilicio pnie induat: qz tollerabilis
deo est vt quis in infirmitate humiliter peniteat q̄ elatio-
ne alta pphēdat s̄m. Greg. xvij. moral. Nebula em quia
dissolubilis est obscura humida z frigida pctm̄ significat
obscurū z frigidū tñ dissolubile p pniām.

Mittit crystallum suum sicut buccellas:
ante faciem frigoris eius quis sustinebit.

Mittit crystallū sicut buc.) qd dictum est de niue. In la-
nam z de nebula in cinere dī de cristallo in buccellas p cri-
stallum frigidā z durā obstinatos dicit. de q̄bus tñ alios
pascit. z est sensus (Mittit) .i. facit (cristallū) .i. obstina-

tos quos pdestinavit (sicut buccellas) .i. sicut frustra pa-
nis que alios pascit verbo dei qd prius impugnat. vñ
dicit apls. Multi vnus panis sumus in xpo: oēs s̄ vnus
panis sunt. singuli vō frustra sunt. chustallus erat Pau-
lus obstinatus spirās minarū z cedis. non sicut nix facile
resolubilis. Soluta z pverso nigro suo gamaliele ad huc
in duricia pscuerans psecutus ecclesiam dei obnitēs veri-
tati clamās aduersus euāgelium: qui tñ postea factus est
panis pascēs hospitale ecclesie dei niue nebula z chustal-
lo solutus a deo: ideo sequit̄ (ante faciē frig. eius q̄s sust.)
q. d. si deus non soluerit niue nebula z cristallum quis su-
stinebit vim frigoris (eius) .i. dei qz nō faciat illud frig: s̄
qz fieri finit qz deserit peccatorem. nō vocat nō aperit sen-
sum nō infudit gratiam. quale est illud induravit cor pha-
raonis nisi s̄ soluat null? sustinebit. De hoc frigore dicit
apls. Quis me liberabit de corpe mortz bui? ac si diceret
frigelco in obscuris iaceo. null? soluit nisi gra dei: nō s̄ dīf

Emittet verbum suum et liquefaciet ea:
flabit spūs eius z fluent aque.

Emittet verbū suū) q. d. z si nullus possit p se subsistere
ante faciē frigoris nō tñ est desperandum: qz (emittet)
vñs (verbū suum) carne assumpta (z liquefaciet ea) .i. ni-
uem nebula z chustallū. verbo nanqz dei veniente nec frī-
gus nec obscuritas nec duricia desperare pōt. Salubriter
em liquefiūt z fluenta spūalis bñficij. p fundūt alijs. vnde
subdit (z flabit spūs ei?) .i. calidus auster (z aque) .i. flu-
enta doctrine z grē (fluent) vt inde bibāt. alij iuxta illud.
Dēs sitiētes venite ad aquas: vel (emittet ver. suū) .i. p-
dicationē suam que mediāte apante spūsancto in voce s̄
dicatōis p̄dicta efficiunt. An Hiero. Da mihi pctōre frī-
gidum in pctis mortuū. qui dñm nō respicit si ad sermo-
nem dei compunctus fuerit z cepit agere pniām z durissi-
mū cor illius emolliūt fuerit eo tpe complex̄ emittet ver-
bum suū z liquefaciet ea. Ita mystice bec p̄dicta sane ac-
cipiunt: ad lram vō manifesta sunt. qz spergit deus niue
quasi lanam: nebulam vt cinerem chustallum facit vt fru-
sta candidi panis. Est aut chustallus species quedā i mo-
dum vitri s̄ candidus est. vñ aut esse nix glacie indurata p
maltoz annoz z resoluī. Et pgrue bec tres similitudines hic
notat q̄ iuxta lram magna opa dei monstrant. z maiora
mystice occultant (fluent aque) aq̄ cōter designat cursū
vite humane. s̄m illud. ij. Reg. xij. Dēs morimur z qua-
si aqua dilabimur sup terrā s̄ qz decursus vite humane ē
s̄m gratiā s̄m culpam z s̄m miseriam. ideo distinguenda
est aqua grē culpe z miserie. z de his tribus aquis pōt ex-
poni hic fluxus aque ad stationē spūs dei. Prima est aq̄
grē signata p aquas siloe q̄ fluit cum silentio. Et nota qz
ista aqua grē habet diuersas differētiās z quantū ad im-
itium vite splendida est: in cogitatu Apoc. xx. Dñs dicit mi-
hi dñs fluitū aque viue splendidi tanqz cristallū pcedē-
tem de sede dei z agni. Sedes dei z agni est euāgelium. fluitū
s̄ aque viue est doctrina euāgelica q̄ splendida est in co-
gitatu z tranquilla Math. vj. Nolite solliciti esse rē. Itē
est munda in affectu Ezech. xxxvj. Effundam super vos
aquā mundā. bec est aqua p̄tradictōis q̄ sanguinem pcti
abluit Ezech. xvj. Lau te aqua emūdauit sanguinē tuum
Itē est secūda in effectu Esa. xliij. Effundam aquā sup
iugum z fluenta sup aridū. s. vt fecūdet. Item quantū
ad pgressum aqua ista est calida p amorē Ben. xxvj. In-
uenit Anas aquas calidas in solitudine est fidelis p timo-
rem Esa. xxij. Panis ei datus est. aque eius fideles sunt
iste panis est oro q̄ cor bois pfirmat. aque fideles q̄ non
habēt foueas vel herbas occultas s̄nt terrores de deo. Est
fluida p pietatē. vt hic. fluit spūs eius rē. Itē quātū ad
exitū est aqua ista dulcis bñdicta z viua z dulcis est mo-
rientibus. Sp̄s em bñe lignū in aquis marath positū. i. li-
gnū crucis. Item est bñdicta ad iudiciū: venientibus Pro-
uer. v. Deriuent fontes tui foras. z post sit vena tua bñdi-
cta. Vna em scā est sicut vena aque viue q̄ bñdicta erit in
iudicio. z dicit ei. Venite bñdicti p̄is mei. Itē ē vna gli-
ficatis i celo Job. iij. Quāquā ego da. sicut ei fons aq̄ salie

Nota de
triplici aq̄
vz grē cul-
pe z misie

Psalmus

S
De aqua
culpe

tis in vitam eternam. flauit ergo spūs dei & fluxerūt aque
gfe in aiam. **S**cda est aqua culpe Apoca. xiiij. vbi agit de
aquis sup quas sedebat mlter fornicaria. Et iste aque sūt
turbulente **H**iere. ij. Quid tibi vis in via egypti vt bibas
aquā turbidā. via egypti est via sollicitudinis aqua turbī
da anxietas spaliū. **I**tem est immūda quantū ad lasciu
am carnalē **E**ro. iij. **M**oyſes virga sua aquam vertit in
sanguinē. **M**oyſes xps. virga eius vindicta **E**ſaie. r. **E**t
virga furoris mei q̄ cum tentat pcutit s̄ aqua in sanguinē
vertit cum aia carni pſentit **E**zech. xvij. **A**udi te cōculca
ri in sanguine suo. **I**tem est sterilis p accidā. iij. **R**eg. ij.
Aque biericho steriles erant. **I**tem frigida p inuidie ma
licia charitat̄ s̄ extinctiua **H**iere. vj. **F**acta est mihi in mē
daciū aquarū infidelū. **A**que infideles sunt inuidi fallā
ces foueas & herbas occultātes. **I**tem est cōgelata p ob
ſtinationem **E**cclī. xliij. **V**entus aquilo sufflauit & pge
lit cristallus ab aqua. **I**tem est amara p iram **A**poc. viij
Stella ardens in aquas cecidit & facte sunt amare quasi
absintū. **S**tella ardens est ira q̄ cum cadit in aqua ama
ritudinē generat. i. rōnem. **I**tem est maledicta p despera
tionem **N**um. v. **I**ngrediant̄ aque maledicte in ventres
tuos & vtero tuo intumescētē pputrefcat semur tuū. **E**t
ter ē pſcia aque maledicte pcorū supbilitates animā de
ſperare faciētes. ex hoc sequit̄ disruptio vteri q̄ significat
vehementiam doloris vermis interioris & consciam cor
rodētis & putredo femoris in quo signat̄ priuatio ſpei eo
q̄ in femore est vis generatiua. **I**tem est mortua in infer
no p pene elationem **J**osue. iij. **A**que inferiores descēdit
in mare mortuū. i. peccatores in amaritudinē mortis eter
ne. de istis aquis pōt intelligi qd̄ hic dī. qz sicut p verbum
aque gfe fluunt in animā. ita aque culpe fluunt ab ania
antecedenter. **T**ercia est aqua miseriaz. **P**s. **I**ntraueit
aque vsq; ad aiam meam. & iste fluunt. qz sunt tranſeūde
Eſa. xliij. **C**um tranſieris p aquas tecū ero: & hoc fit mul
tipliciter. **P**rimo calcando p fidem quēadmodum de pe
tro legit **M**ath. xiiij. **I**tem tranſuadando p fortitudinez
quemadmodū legit. iij. **R**eg. xix. **U**bi dī q̄ semei cū mil
le viris de beniamin irrupentes **J**ordanem qd̄ sit p for
titudinem ante regem. s̄ xpm tranſierunt vada miseriaz
pſentium. **I**tem natando q̄ sit p prudentiam: qui em̄ na
tare vult necesse est q̄ habeat natādī prudētiam. & hoc si
gnatū est **Act. xxij. vbi dī** **O** centurio iussit eos qui pos
sunt natate mittere se in mare. **I**tem nauigando qd̄ sit p
pniam. nauis pnia est **E**cclī. xiiij. **T**ranſeuntes p mare p
ratem liberati sunt. **I**tem aquas diuidendo p virgam di
uine iusticie **E**ro. xiiij. **I**tem saltādo in baculo diuini ad
iutorū p cōtemplationem que signat̄ **Gen. xxvij. vbi dixit**
Jacob in baculo meo tranſiui iordanem istū **J**acob con
templatiuus est qui iordanem miseriarū pſentium debet
tranſire: & apodiando in baculo diuini adiutorū.

S
De aqua
miserie.

Qui annūciat verbum suum iacob: iusti cias et iudicia sua israel.

Annūciat verbū suū iacob) .i. nouo pplo suo xpianoū
qui significat̄ p iacob tanq̄ luctās ptra tentatōes vicioꝝ
(& annūciat iusti. & iudicia sua) .i. iusta iudicia sua israel.
idem significat̄ p israhel & p iacob scz pplm fidelium cui
enūciat iusta iudicia sua. s̄ q̄ nō tm̄ iusti imo & iusti pa
tiant̄ hic p iusto iudicio dei: qd̄ iudiciū sicut ait petrus
ināpit a domo dei in pnti. i. a fidelibus. **S**olus em̄ xps q̄
nō rapuit soluit in quo princeps mūdi nil inuenit & si ini
tium est a nobis quis finis erit eozū qui nō credūt in euā
gelio. **E**t si iustus vix saluabit̄ impius & peccator vbi pa
rebit: & hoc iudiciū dei. s̄ q̄ patiunt̄ iusti & iniusti p suo
merito: & quō iusti nō suis meritis s̄ gfa dei liberant̄. **N**ō
em̄ genti nūciat̄ deus s̄ soli isrl. i. nouo pplo in q̄ sunt et
gentes. vñ addit.

Non fecit taliter omni nationi: et iudicia sua non manifestauit eis.

Non fecit) iam em̄ gentes que absise de oleastro inser
re sunt bone oliue nō debent dici gentes sed vnus pplus
in xpo. **N**on fecit ergo taliter omni nationi sicut pplo xpi

ano cui bñficia excellentiora pſtauit. **U**ñ ad **R**om̄. **Q**uō
etiā cum illo nō nobis oia donauit. **V**el ad **I**srahel p iacob
& isrl̄ iudeos accepit: quibus p teipm̄ xps verbum suū an
nūciat̄ & iudicia sua manifestauit qd̄ nō fecit alijs. vñ
addit (**N**on fecit taliter oi na. & iu. sua nō ma. eis) qz p se
nō p̄dicauit alijs nationi vel genti. **J**uxta illud nō sum mis
sus nisi ad oues que perierāt domus isrl̄: s̄ respuerūt eius
verbū. ideo dī eis **A**ufere a vobis regnū & dabit̄ facien
ti fructus eius. **V**ide ordinē qui est in p̄dictis q̄tuor psal
mis laudū dei. **P**rimus em̄ de p̄ceptis diuini p̄coniē egit.
Scdo de pueritate mūdi fugiēda. **T**ercio de p̄gregatiōe
ecclesie. **Q**uarto iam collecte in pace laudes impat. tres
alios psalmos laudis subiūgens vt in hoc ope gfa trini
tatis eluceat.

Psalmus CXLVIII

I Audate dominum de celis: lauda te cum in excelsis.

Laudate dñm) **T**itulus alla **A**ggee & **Z**acha
rie. **A**ggee & **Z**acharias qui in babilonica captiuitate p̄
dixerūt liberationē terrene birlm̄ multū nos erigūt ad fu
turam liberationē siue libertatem quā sub illa actuali in
tel. exerūt: & p̄pterea dñm laudauerūt vt nos exemplo eo
rum hac babilone p̄tempta hic laudem incipiamus quā
in eternū solucimus. **U**ñ hic p̄pha p paucorū cōmemora
tionē vniuersam creaturā horat̄ laudare deū: oia em̄ lau
dant deum vel in se vel in alijs. **S**unt em̄ quedam q̄ ha
bent spm̄ laudādī deum & laudāt in illo affectu quo illis
placet deus: quedam vō nō habēt intellectum s̄ qz bona
sunt in ordine suo ab ipsis accipiūt laus dei: qz de illis na
scit̄ in nobis laus dei ad quā hic nos monet. p̄pha. ideo ti
tulus p̄tinet noia eozū. & est sensus. **T**itulus ē alla. i. laus
dei. **A**ggee & **Z**acharie. i. p futura liberatiōe p qua p̄dicti
p̄phe laudauerūt. **I**ntentio monet ad laudem. **M**odus
bip̄tius est ps. **P**rimo celestia horat̄ ad laudes. **S**cdo
terrestria ibi. **L**audate dñm de terra. & p̄grue primum de
celis laudat̄ deus postea de terra: sicut ergo aliquibus bo
na opantibus applaudētes dicimus agite. ita p̄pha ange
lis deum laudantibus cōgratulus ait. **V**os angeli qui
estis de celis (laudate dñm) nō p̄cipit vel admonet ange
los hoc facere: s̄ adiūgit p̄gratulationem suam eis hoc fa
cientibus. **I**bi enumerant̄ illi quos decet laudare deum
sub noie celozū angelozū virtutū solis & lune stellarum &
luminis. **P**rimo em̄ laudantes deū ordinate sunt celi cō
uerſatiōe **P**hil. iij. **C**onuerſetio nra in celis est. **I**tem affe
ctiōe **Col. ij. Que sursum sunt sapite. Ite** charitatis am
plitudine oēs amplectēdo sicut ſpera supior p̄tinet inferi
ores que mouent̄ motu p̄trario **M**ath. j. **D**iligite inimi
cos vros. **I**tem maiora bona & meliora abscondēdo sicut
celum **E**ſa. xxxij. **E**t erit quasi qui abscondit se a vento & ce
lat se a tempestate. i. a detractōe. **I**tem iussa dñi nūciādo
Hiere. ij. **Q**uecūq; mandauero tibi loqueris ad eos. **I**te
dño assistēdo **H**iere. xv. **C**oram facie mea stabis. **I**te de
bent esse angeli inferioribus ministrādo: sicut xps qui ve
nit ministrare & non ministrari **J**ob. xij. **Q**ui mihi mini
strat me sequat̄. **I**te faciles ad bonū & difficiles ad malū
Imo impossibiles p gratiam p̄firmati. **I**tem sollicitē in
feriores custodiēdo. ps. **A**ngelis suis mādaui de te. **I**te
dñm ardentē diligēdo. **P**s. **Q**ui facis angelos tuos fla
mam ignis. **I**tem laudātes deum debēt esse virtutes pu
gnaudo p eo **J**ob. xxvj. **N**unquid est numerus militum
eius. **I**tem dyaboli potētiam refrenando **J**ob. xl. **L**iga
bis eum ancilis eius. **I**tem malos puniendo & bonos re
munerādo **H**iere. ij. **I**tem mirabilia faciēdo q̄ non sunt
ptra cursum nature s̄ ptra p̄suetudinē. **I**tem laudantes
deū debēt esse sol charitatis ardore **E**ccl. xliij. **C**ustodiens
formacem. **I**n opibus ardoris sol equē calidus est sicut a
p̄ncipio. **I**tem lumine doctrine **E**ccl. i. **Q**uasi sol sic ille
refulget in tēplo dñi. **I**tem alijs coopando sicut sol **Gal.**
v. Alter alterius tē. Ite debent esse vt luna q̄ est fons hu
moris pietate **H**iere. ix. **Q**uis dabit capiti meo aquā **I**te
docilitate. **L**uno em̄ recipit lumen a sole **P**rouer. iij. **D**a

Ps. c. lviij.

Laudātes
deū ordina
te q̄r assi
milar de
bent celis
angelis so
li lune stel
lis & lumi.